UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

V. Günther, Abt zu Leubus, vergleicht sich mit dem Cathedralstifte zu Lebus über die Zehnthebung in dem Dorfe Rupici, im Jahre 1236.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55508

Visual Library

V. Günther, Abt zu Leubus, vergleicht ſich mit dem Cathedralſtifte zu Lebus über die Zehnthebung in dem Dorfe Rupici, im Jahre 1236.

In nomine domini dei eterni Amen. Nouerint vniuerſi, quod inter dominum Gunterum, abbatem de lubes ex una parte, et Bartholomeum, ſcolaſticum lubuſenſem, ex altera, talis contractus de decima uille Rvpici, que eſt ſita in parochia ſcolaſtrie lubuſenſis, interuenit, quod idem ſcolaſticus a prefato domino abbate, conſenſu domini Henrici, epiſcopi lubuſenſis, tociusque ipſius capituli, de ſingulis manſis uille prefate, cultis ſeu colendis, nomine decime duas menſuras ſiliginis annuatim acceptauit, Hoc autem ideo, quia idem contrahentes non crediderunt, eandem uillam poſſe aliter ad culturam de facili reuocari. Acta ſunt hec in lubus in eccleſia catedrali, Anno domini M°. CC°. XXXVI°., hiis preſentibus et conſentientibus domino henrico, eiusdem loci epiſcopo, Nankero, prepoſito, Andrea, decano, Barholomeo, ſcolaſtico, canonicis autem Streſone, Radzlao, Wolueramo. Vt igitur iſte idem contractus in perpetuum ſtabilis valeat permanere, ideo contrahentes hanc cartam ſigillis infra poſitis petinerunt corroborari.

Wohlbrück I, 1.

VI. Herzog Heinrich von Schleſien bekundet, dem Kloſter Naumburg am Bober 200 Hufen Landes im Lande Lebus geſchenkt zu haben, im Jahre 1237.

Hinricus, dei gracia dux Zleſie et Cracouie, vnacum conſenſu dilecti filii noſtri Hinrici — contulimus domui ſancte Marie in nouo caſtro — CC manſos paruos in diſtrictu Lubuſenſi, cum omni jure —. Actum iuxta lacum Sambowno, Anno criſti M°. CC°. XXXVII°., Preſentibus hiis Duce Zobezlawo, nepote Ducis, Nenkero, prepoſito Lubuſenſi etc. —

Wohlbrück I, 17. Worb's Neues Archiv II, 152.

VII. Herzog Heinrich von Schleſien beſtätigt die Anordnung ſeines Vaters, wornach bis zur Vollendung des Baues der St. Adelbertskirche zu Lebus die Einkünfte aus einem Dorfe bei Löwenberg zu dieſem Bau verwandt werden ſollen, am 12. März 1241.

— Henricus, dei gratia Dux Zleſie, — notum facimus —, quod felicis recordationis Henricus Dux, Pater noſter, in conſecracione eccleſie de Lewenbergk ipſam taliter dotavit, — —. In villa Vyazd civitati proxima contulit dicte eccleſie prouentus, qui ipſi Duci pertinere de-